



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Pastorale Missionariorvm**

**Verjuys, Jean-Baptiste**

**Antverpiæ, 1682**

3. An ob multitudinem pœnitentium absolutio dari possit non integrè confessis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41565**

## ARTICULUS III.

*Vtrum ob multitudinem Pœnitentium ab-  
solutio dari possit non integrè  
confessis?*

**Q**UOD aliquando dari possit absolutio non integrè confessis, est certum, si hoc necessitas requirat, Videl. si pœnitens dicto uno alterovè peccato perdat loquela, aut in naufragio aut simili mortis periculo, quando multi audiendi sunt, qui singuli non possint in tam brevi tempore omnia sua peccata confiteri, imo tunc sufficeret unum solum exprimere peccatum etiam veniale, si non possit non nisi publicè aliis audientibus confessio fieri.

Alios casus omitto qui se tenent ex parte pœnitentis, videlicet periculum infamiae aut gravissimi damni.

Solum hic moveo casum quando in die valde solemnis v. g. Paschatis aut Natalis Domini, aut similibus, tantus est populi concursus, ut omnes integrè audiri non possint, eo quod Confessarius solus sit, & (uti fit passim in Missione) debeat prædicare & Sacrum cantare seu dicere, an tunc liceat absolvere non integrè confessos, post confessionem unius aut alterius peccati, sicut in naufragio. Eo quod censi possit quædam moralis necel-

## DE PÆNITENTIA. 369

necessitas , aut impossibilitas omnes audiendi.  
Resp. Nullatenus hoc licere , nec per talem confessionem satisfieri. Nulla enim tunc est necessitas ; qui enim illo die audiri non pos- sunt , altero die poterunt confiteri. Nec obstat quòd solemnitas aliqua sit cui annexa est indulgentia plenaria , quam non nisi confessus & communicans illâ die lucrari potest. Illa enim non est etiam necessitas ratione cuius fieri possit non integra confessio. Nec etiam refert quòd sit fortè ultima dies , quâ impleri possit præceptum de annuâ confes- sione aut communione ; non enim faciet contra illud præceptum confessionem diffe- rendo , donec ipsam integrè possit facere. Nisi fortè ex præviâ negligentia , quando prævidit illud impedimentum superventurum.

Maximum etiam sequitur inconveniens ex contrariâ sententiâ , & intolerabilis abusus ; quia graviores peccatores non solent nisi in gravioribus solemnitatibus confiteri, imo sæpè non nisi semel in anno circa Pascha ; & cum tunc præcipue soleat esse tantus populi con- fensus , si satisfacere possint unum vel alterum peccatum confitendo , fiet ut nunquam integrè confiteantur , subticendo graviora peccata.

Imo qui in casu naufragii aut aliâ simili ne- cessitate non posunt integrè confiteri , tenen- tur quâm primum habitâ opportunitate reli- qua peccata clavibus Ecclesiæ submittere , quod in casu nostro non est ab illis peccato- ribus

370 TRACTATUS IX.

ribus expectandum, qui gaudent quod sic possint evadere.

Reprobanda est igitur talis praxis ( si apud aliquos exerceatur) ne dum necessitas urgetur, Sacrilegium committatur.

ARTICULUS IV.

*Quid agendum sit cum pueris venientibus  
ad confessionem?*

**M**Ultoties anguntur confessarii quid age-re debeant cum pueris , in quibus inventur s̄ep̄e parva capacitas , & tamen appetet obligatio saltem ad annuam confessionem; & quid si s̄ep̄ius ultra obligationem veniant ad confitendum ? Pro cuius resolutione , in primis certum est , quod quando capaces sunt ad peccandum mortaliter , præcepto annua confessionis obligentur. In c. enim *omnis utriusque ex Lateran. Concil. sub Innoc. III. & in Trid. sess. 14. c. 5.* Omnes Christi fideles postquam ad annos discretionis pervenerint, obligantur semel saltem in anno , proprio Sacerdoti confiteri, aut alteri ex ipsius permissione, aut S. Sedis privilegio. A quo præcepto nulla extas excipitur eorum qui in peccatum mortale lapsi fuerint, nam ex hoc ipso satis appetet illos sufficienter rationis discretionē esse assicatos.

Hujus